

In grege pro involucri fabrica insignis et cum *C. polyclada* DC. tantum comparanda, a qua differt rhizomate lignescente, foliis punctatis, indumento fere deficiente caule superne tantum (nec a basi) ramoso-corymboso, anthela nec scoparia, involucri vix (nec valde) constricti phyllis apice subrecurvis.

Centaurea (Calcitrapa) iberica Trev. var. *brevispina* Freyn et Sint. A typo differt capitulis minoribus et spinis phyllorum dimidio brevioribus usque nullis. Achenia et pappus typi. ☺ Augusto.

Paphlagoniae ad Tossia, in campis ad Sabadscha typo promiscue invenit die 4. aug. 1892 Sintenis! (Exsicc. 4913).

Cichorium Intybus L. var. *eglandulosa* Freyn et Sint. Planta elata ramosissima pro ratione parviflora et exceptis foliis plus minus papilloso-hispidulis laevis. Involucri phyllis extimis margine scabridulis, intimis apice puberulis, omnibus eglandulosis; flosculis involucreo duplo circ. longioribus; pappo achenium 8—10 plo brevior. ♀. Augusto.

Paphlagoniae ad Tossia, ad versuras prope Sabadscha die 4. aug. 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4919).

Lapsana adenophora Boiss. var. *eglandulosa* Freyn et Sint. — Inflorescentia peniculato-corymbosa, foliorum lacinae repandae, capitula pro ratione parva omnino typi, a quo indumento a basi ad medium caulis pubescente superne deficiente differt. Pedunculorum longitudo uti in typo variat. ☹ Junio.

Paphlagoniae ad Tossia: in fruticetis planitie Derin-ös die 17. junio 1892 leg. Sintenis (Exsicc. no. 4334).

Scorzonera mollis MB. var. *minor* Freyn et Sint. Omnium partium typo dimidio minor, involucrum pauciflorum pollicare angustum tandem subcylindricum, folia angusta (2.5 mm tantum lata) acuminata saepe undulata et ad apicem flexuosa saepe hamata, scapum aequantia breviora vel longiora. Achenia (nimis juvenilia tantum vidi) typi videtur. ♀. Exeunte Majo.

Paphlagoniae prope Tossia: in pascuis montosis ad Pertschim die 28. majo 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4111).

Affinis videtur etiam *S. stenocephalae* Boiss. alpes altissimas Persiae austro-occidentali incolanti sed valde diversa capitulis non anguste cylindricis, floribus luteis (non extus purpureis) indumento arachnoideo-lanato (nec puberulo), foliis obscure viridibus (nec glaucis). *S. mollis* δ . *eubaea* Boiss. Fl. orient. VI. 320 nostrae habitu et omnibus fere characteribus similis ab ea tantum differt indumento adpresse cano et scapo foliis brevior.

Rodigia gracilis Freyn et Sint. Annu multicaulis gracilis a basi ad apicem plus minus setoso-glandulosa, caulibus adscendentibus vel procumbentibus a basi vel a medio

dichotome 2—3cephalis; foliis basilaribus in petiolum alatum attenuatis oblongo-spathulatis remote denticulatis vel lyratis, caulinis saepissime abrupte diminutis sessilibus lanceolatis acuminatis vel linearibus rarius infimo basi auriculata dentata semiamplexicauli, omnibus (summis exceptis) plus minus papilloso-asperis; capitulis parvis ante anthesin nutantibus (ex sicco saltim dijugendum) pedunculis longis sensim et parum incrassatis suffultis; involucri phyllis praeter pubem brevem sparsim papillosis et \pm glanduloso-setosis, extimis subadpressis lanceolatis acutis dimidio involucri aequantibus vel brevioribus, intimis ad apicem coloratis acuminatis tandem dorso indurato obtuse carinato incurvatis; floribus aurantiacis extus rubro striatis involuero sub duplo longioribus; paleis albis, aliis angustissime linearibus acuminatis inaequilongis acheniorum disci vix longioribus, aliis immixtis subsetiformibus; acheniis minute asperis angustissime fusiformibus, interioribus in rostrum tenuissimum eis sesquolongiorem senso sensim attenuatis, extimis brevius rostratis; pappo achenio (cum rostro) $\frac{1}{3}$ aequante. ☉ Junio, Julio.

Paphlagoniae ad Tossia: In graminosis lapidosis inter Kösen et Sahadscha die 23. junio 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4391).

Dimensiones: Caulis 15—20 cm altus, folia basilaria (maxima a me visa) 7 cm longa et infra medium 1.5 lata; involucri centimetrum altum, fructiferum infra apicem constrictum ad basin 6—8 mm diametro; achenia (immatura) cum rostro 8—9 mm longa.

Ab affini *R. comnutata* Spr. nostra diversa omnibus partibus dimidio minoribus, indumento glanduloso, caulibus pluribus diffusis, paleis difformibus et acheniis 8—9 (nec 15 mm) longis. Habitu et paleorum caractere peraffinis videtur *R. bulgaricae* Velenov. Flor. Bulg. p. 362—363, quae differt caulibus diffusis pluribus (nec solitarii erectis), indumento glanduloso totius plantae, acheniorum interiorum rostro brevioribus (nec achenio ipso duplo longiore) et exteriorum conspicuo (nec deficiente), acheniis subbrevioribus non striatis.

Hieracium (Andryaloideum) paphlagonicum Freyn et Sint. (divergens > prenanthoides). Totum indumento albo pilis plumosis constante villosolanatum, aphyllodum, caule erecto stricto robusto faretto folioso a medio dichotome oligocephalo, foliis plus minus repando-dentatis valde reticulatis et partim calvescentibus viridibus, infimis florendi tempore emarcidis (ignotis), caeteris ab infima pandurate-elliptica ad superiora ovata sensim diminutis, omnibus basi plus minus cordata vel obtusissima sessilibus, summis linearibus bracteaeformibus valde diminutis jubatis; pedunculis longis adscendentibus pube brevi stellata canescentibus et insuper plus minus longe pilosis eglandulosis; capitulis majusculis, involucri praeter pubem stellatam sparsam undique